RESOLUTORIUM
DUBIORUM
*
PARISIIS 1[illegible]0[illegible]

DE MODO
CONFITENDI
*
PARISIIS 149[illegible]

JEHAN DOLHEAU
LE VRAY SENTIER
DE SOY CONFESSER.
(S. L. N. D.)

ANDR. DE ESCOBAR,
CONFESSIO GENERALI.
(S. L. N. D.)

1° Resolutorium dubiorum circa celebrationem missarum occurrentium per V. S. D. Johann. de Lapide 1502.

2° de modo confitendi et peni-tendi. 1496

3° le vray sentier de soy confesser.. par J. Delbeau

4° confessio generalis.. per andream (de Escobar). (1494:)

[illegible] fro fro. [illegible]

dum po[illegible] rodui [illegible] a pro

tro [illegible] Loyo[illegible] anada

[illegible] volentate [illegible]

[illegible] statu [illegible]

[illegible] aliena [illegible]

latro. fur [illegible] muto

[illegible] latro [illegible]

[illegible] [illegible] fl.

[illegible] scilicet [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] flagell.

[illegible] [illegible] vel [illegible]

[illegible] modi [illegible] arotogus [illegible]

[illegible] mezeta [illegible]

[illegible] custodia [illegible] ne [illegible]

[illegible] vel ad [illegible] aperta vel ma[illegible]

[illegible] vel [illegible] manifestada ve [illegible]

[illegible] vel [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Laus in natali domini [illegible]
celebrans
Quando [illegible] sacra xpi signat
[illegible]
[illegible] signat [illegible] designat
[illegible] xpi
[illegible] fore
sacra signavit [illegible]
[illegible] descendit ad inferna
Car est [illegible] descendit a
au limbe des saint peres qui estoient
mors [illegible] estat de grace [illegible]
a noter que il descendit quant a l'ame
qui estoit unie [illegible] la divinite
Car le corps [illegible] demoura au tombeau
separe [illegible] sans [illegible]
[illegible] au tiers jour [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

¶ Quidā fructuosus libellus de modo confitendi et penitendi.

Pñiam agas velociter o pqñ
P Eniteas cito peccator cum sit
misericors scʒ xp̄s.
miserator Judex.

¶ Presens libellus tractās de penitentia: siue de modo penitēdi tāq̄ de subiecto diuidit̄ i duas ptes principales. In quaꝝ prima determinat auctor de penitētia prout respicit penitentem. In secūda pte determinat auctor de penitētia prout respicit confessorē secūda ibi Cōfessor dulcis. Prima adhuc diuidit̄ in tres ptes. nā primo auctor ponit quedā documenta generalia. Secundo specialiter declarat de contritione. Et tertio de confessione et etiā iter ponit aliqua de satiffatione secūda ibi. Oīa peccata tertia ibi. Uera sit ītegra. Dicit primo sic. o peccator facias cito penitentiā. et sequitur causa: quia iudex scʒ christus est misericors.

Circa textū dubitatur
Primo quid sit penitentia
Secundo vnde dicitur penitentia.
Tertio quotuplex est penitentia.
Quarto quid proficit penitentia
Quinto quare penitētia dʒ fieri cito
Sexto quomodo appareat q̄ deus est misericors

¶ Ad primū respondetur ꝙ penitentia secundum ambrosiū sic diffinitur. Penitētia est preterita mala deplangere et plangenda iterum nō cōmittere. Uel scōm gregoriū. Penitentia est peccati cōmissi cū intima cordis cōtritōe: et lachrymarū effusione emendatio. Et trahit hec diffinitio ex dictis beati augustini dicētis: ꝙ peccatū nō dimittitur nisi plena contritio cū satisfatione operū cōsequatur. Uel scōm gregoriū. Penitētia est ante acta peccata defiere. et iterū flenda nō cōmittere. Ex quibus diffinitionibus primo sequitur ꝙ penitētia est solum ꝑ peccatis. Scdo sequitur ꝙ penitentia est solum ꝑ peccatis cōmissis et non cōmittēdis. Tertio sequit̄ ꝙ ad penitentiā sequit̄ dolor de peccatis. Quarto sequitur ꝙ ad verā penitētiam requiritur intentio amplius non peccandi.

¶ Ad secundū dubiū dicitur ꝙ hoc nomen penitētia dicitur quasi pene tenentia: qr sine pena ⁊ dolore nunꝙ fit perfecta penitentia.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ penitētia multipliciter diuiditur. Primo in interiorem tantum que est de iure naturali: et in exteriorem que est ad arbitriū hominis. Secundo diuiditur penitentia in solēnem: publicam: et priuatam. Solēnis penitentia est que imponitur ab epō vel vicario suo et que fit cum solēnitatibus ecclesie. Publica est que fit in facie ecclesie sed nō cum solēnitatibus ecclesie vt peregri-

nationes ſcõm aliquem modum ſpecialem. ſ. cum nudis pedibus vel diſcooperto capite. Prima penitentia eſt que ſecrete fit vel fieri poteſt: vt legere orationes dare elemoſinas: ieiunare: corpus caſtigare et ſic de aliis. Tertio diſtinguitur in liberam et coactam. Libera eſt quam quis libere facit ⁊ illa eſt proprie ſacramentũ. Coacta eſt ad quã quis cogitur. ſicut fit in iudicio ſeculari ꝑ fore factis. ⁊ illa non eſt proprie ſacramentũ. Quarto diſtinguit̃ penitentia in actualẽ ⁊ habitualem. Actualis eſt qua homo actualiter ſatiſfacit pro pctĩs cõmiſſis. ⁊ ad illam non q̃libet homo tenetur ſed ſolus peccator. Habitualis eſt quedam deteſtatio vel diſplicentia de peccato cõmiſſo ſcꝫ ſi ſit cõmiſſum. vel quod poſſit cõmitti ſi nõ ſit cõmiſſum et ad illam quilibet hõ tenetur ſiue ſit in peccato ſiue non.

¶ Ad quartum reſpondetur ſecundũ ſanctum thomam: ꝙ per penitẽtiam abſoluitur peccator a peccato: reſtituitur eccleſie reconciliatur xp̃o. bonis ſpiritualibus ditatur: de filio dyaboli filius dei efficitur. et paradiſus aperitur ei. Item penitentia angelos letificat. impios iuſtificat: amiſſa bona reuocat. et ad eternam vitam inuitat.

¶ Ad quintum reſpondetur ꝙ penitentia multis de cauſis dꝫ fieri cito. Prima ẽ q̃ diu expectauim⁹ Secunda eſt q̃ ad magna vocamur. i. ad eternam gloriã. Tertia ne ab eternis nuptiis excludamur.

patet exemplariter in euangelio de quinqꝫ fatuis virginibus. Quarta ne ab hostibus impediamur. Quinta propter penas compellentes. Sexta ne blande decipiamur vt aues per aucupem et pisces per piscatorem. Septima ne morte preueniamur. Octaua ne consuetudine teneamur. Consuetudo enim est altera natura.

¶ Ad sextum respōdetur ꝙ in multis apparet dei misericordia quia secundum thomam. Deus peccatores patienter expectat benigne recipit vlcisci dissimulat: a periculis liberat: gratiam donat datā multiplicat: multiplicatam conseruat: conseruatā in celo nunciat: offensam dimittit peccati post remissionem non meminit: errantes ad se reducit: euntes ad se conducit: cadentes erigit: stantes tenere non desinit: et finaliter perseuerantes in gloriam inducit.

.i.sequentia .s.spes. ꝛc' i.obseruāda a te pctōre
et sunt hec quinqꝫ tenenda tibi
remissionis pctōꝝ contritio cordis peccati
Spes venie. cor contritum cōfessio culpe
.i.satisfactio penalis .i.vitatio peccati
Pena satisfaciens et fuga nequicie.

¶ Consequenter in ista parte auctor magis specialiter determinat doctrinam predictam: et hoc per doctrinas speciales. Et diuiditur ista pars. Nam

primo ostendit que sunt necessaria facienti veram penitentiã. Secundo ostendit q̃ sunt sibi vtilia ibi. Sperne voluptates. Prima adhuc diuidit. Nam primo ostendit que debet penitens necessario tenere respectu sui. Secundo respectu proximi. ibi: vt dimittaris. Dicit primo sic q̧ hec quinq̧ sunt tibi tenenda in perfecta penitentia. s. spes venie: contritio cordis: confessio oris: ac peccatorum confessio: et fuga peccatorum.

Circa textũ dubitatur:
- Primo quid sit spes.
- Secundo quotuplex sit spes
- Tertio quid sit contritio
- Quarto quid sit confessio.
- Quinto quotuplex est confessio
- Sexto quid sit satisfactio et que sunt partes eius

¶ Ad primũ dubiũ respondet̃ q̧ spes sic describit̃ Spes est certa expectatio future beatitudinis ex dei gratia et meritis proprijs proueniens: vel sic. Spes est audacia mẽtis de largitate dei concepta habendi vitã eternã per bona merita. Ex quibus diffinitionibus primo sequit̃ q̧ nõ est spes de preterito: nec proprie de presenti vt presens est sed solũ de futuro. Secundo sequitur q̧ nõ est proprie spes de malo: sed tãtum de bono. Tercio sequitur q̧ nõ de quolibet bono est proprie spes: sed solum de futura beatitudine.

¶ Ad secundum dubium respōdetur ꝙ duplex est spes.s.spes suffragij que fit respectu beatorum: et spes penitentie vel proprie auctoritatis que fit respectu dei. Unde saluati non habent spem: nec etiā damnati: sed solum homines in ecclesia militante proprie habent spem: ⁊ etiam anime in purgatorio existētes. Unde illa spes que fit respectu dei est triplex.s.spes venie per peccatorum remissionem: de qua intelligit littera. spes gratie per diuine gratie susceptionem. et spes glorie per consecutionē eternorum gaudiorum.

¶ Ad tertium respondetur ꝙ contritio sic describitur. Contritio est dolor voluntarie assumptus ꝓ peccatis cū proposito confitendi et satisfaciendi et differūt cōtritio et attritio. nam attritio est q̄dā displicentia de pctō cōmisso sed nō est ꝑfecta. Sed cōtritio est ꝑfecta displicentia. Unde nō q̄libet dolor est contritio prout contritio hic capitur imo nec q̄libet dolor pro peccatis est contritio. Unde duplex est dolor pro peccatis quidam est naturalis: et ille non est meritorius qua non procedit ex dictamine recte rationis. alius est voluntarius et actualis qui procedit ex voluntate libere assumēte dolore cum preposito confitendi et satisfaciendi.

¶ Ad quartum respondetur ꝙ confessio sic describitur secundum aug. Confessio est sermo per quem morbus latens spe venie aperitur. Item sic scd̄m

gregorium. Confessio est peccatorum delectio Uel sic secundum aliquos. Confessio est apertissima coram sacerdote peccatorum declaratio.

¶ Ad quintum respondetur q duplex est cōfessio. Quedam est mentalis que fit soli deo et illa est de iure naturali. Alia est vocalis que fit homini ex ore et illa est de iure positiuo siue ordinato.

¶ Ad sextum et vltimum respōdetur q satisfactio siue satisfacere secundum aug. sic describitur. Satisfactio siue satisfacere est causas peccatorum extinguere vel extirpare. et eorum suggestionibus. i. malis instigationibus aditū. i. accessum non indulgere sic q homo habeat firmū propositum peccata confessa nunq̄ committere neq aliqua alia. Et sunt partes satisfactionis duplices: quia quedam sunt principales: et sunt tres. s. oratio. ieiunium. et elemosina. et quedā sunt secundarie et minus principales. vt sunt peregrinationes: vigilie: castigationes. discipline. et huiusmodi. Et ille partes secūdarie reducuntur ad principales nam oīa carnē affligentia reducuntur ad ieiuniū omnia vero spiritualia ad orationem. et opera mīe ad elemosinam. Finaliter sciendū q duplex est fuga. s. fuga fugiēdi et fuga fugandi et scdm hoc dicitur q fuga dicitur a fugo fugas. vel a fugio fugis et vtrāq fugam habebit penitens: habebit eñ fugam fugādi pctā et hoc per confessionē. Scdo habebit fugā fugiēdi re

ſpectu peccati cõmittendi. vel illius quod poſſit cõ mitti. i. habere firmũ ꝓpoſitũ amplius non faciẽdi hoc peccatum nec aliquid ſimile.

vt pctã tua dimittant tibi malefactoribus tuis tibi
Ut dimittaris aliis peccata
facta indulge.
remitte.

hoĩbus emẽdabis hoĩes ipm offẽdiſſe
Hiſq ſatiſfacies quos te leſiſſe
confiteris
fateris.

¶ In iſta particula oſtendit auctor que ſunt neceſſaria penitenti reſpectu proximi. et ponit duas doctrinas dicens ꝙ tu peccator q̃ facis vel facere vis penitentiã debes remittere aliis qui tibi malefecerunt. Secunda doctrina eſt ꝙ ſatiſfacies illis quibus tu malefeciſti.

Circa lrãm dubitatur
- Primo quid ſit peccatum
- Scdo q̃ ſit dfa inter pctm̃ ꝛ delictũ.
- Tercio a quo ꝛ vbi incipit peccatum
- Quarto qualiter hõ cecidit in pctm̃.
- Quinto vtrum dãnati in inferno poſſint peccare.
- Sexto quare debem⁹ remittere malefactoribus noſtris peccatum

¶ Ad primum dubium respondetur q peccatum secundum aug. sic describitur. Peccatum est volū tas retinendi vel consequendi quod iusticia vetat. Uel secundum eundem. Peccatum est spreto naturali bono et immutabili rebus mutabilibus adherere. Uel secundum eundem. Peccatum est omne dictum vel factum vel concupitum cōtra legem dei. Item secundum ambrosium. Peccatum est p̄uaricatio legis diuine et inobediētia preceptorum dei. Ex istis diffinitionibus sequitur. Primo quod peccatum principaliter est in voluntate mala: vel ex ea procedit et est voluntariū. Unde dicit seneca q omne peccatum est actio voluntaria. Secundo sequitur q peccatum est contra iusticiā ex eo q penitentia procedit ex dictamine iusticie. Tercio sequitur quod iuste peccator pro peccatis meret̄ penas: quia nullus est proprie et iuste puniendus nisi pro actione mala: nec etiam premiandus nisi p actiōe bona. Quarto sequitur q omne peccatum fit contra legem vel precepta dei. Quinto sequitur q in omni peccato et precipue mortali est dimissio dei et adhesio rerum mutabilium

¶ Ad secundum respondetur q peccatum duobus modis cōmittitur. s. faciendo malum et dimittēdo bonū et primū dicitur peccatum. secūdum vero delictum quasi derelictum. Alia differentia est: quia delictum est ignoranter cōmissum. sed peccatū est

scienter cõmissum. Illa tñ differentia non obstante vnũ sepe ponitur pro reliquo.

¶ Ad tertium respondetur secundum magistrum sentenciarum libro ij. ꝙ peccatum originem et causam sui traxit ex bono quia ante primũ peccatum non erat aliquid malum et hoc probat sic quia cum peccatum originẽ et causam habuit hoc fuit ex bono aut ex malo. non ex malo. quia ante peccatum nõ erat aliquid malum. vnde oriretur: ergo ortum est ex bono scilicet ab angelo quia angelus scilicet lucifer ante peccatum non erat nisi bona creatura vel creatura dei. Ex quo etiam patet vbi incepit: quia incepit in celo vbi summus angelus et prim⁹ scꝫ lucifer fuit qui primum peccatum cõmisit cum extollẽdo se dixit ponam sedem meam in aquilone et similis ero altissimo.

¶ Ad quartũ respondetur ꝙ homo cecidit in peccatum dyabolo suggerente: carne delectante: et anima consentiente. Unde anima consentiens cõmittendo inobedientiam totam naturã humanam corrupit. Ut habetur genesis tertio capitulo.

¶ Ad quintum respondetur ꝙ dãnati non possunt peccare: quia non possunt aliquid mereri quia nullus meretur nisi in hac vita. Nec etiam saluati peccare possent. Et si dicatur ꝙ angeli prius peccauerunt et ceciderunt vt patet de lucifero. ergo videt̃ ꝙ adhuc poterũt peccare et siliter sancti Ad istud

respondetur negando consequentiam quia angeli iam sunt ita confirmati in charitate christi q̄ nō pos sunt velle malum vel voluntatē in malum vertere: et sic pariformiter dicendū est de sanctis.

¶ Ad sextū respondetur q̄ nos debemus aliis remittere mala nobis illata vt deus remittat nobis peccata. et hoc petimus in oratione dñicali qñ dicim⁹. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus. ₇c. nā si nō dimittimus debitoribus nostris. tunc petimus iudiciū nostrū q₂ tunc petimus q̄ de⁹ nō dimittat nobis debita nostra. et ergo errant qui volunt orationē dñicalem corrigere ₇ meliorare dicentes: dimitte nobis debita nostra melius q̄ nos dimittimus debitoribus nostris.

.i. contēne delicias carnis illicitos .i. vi-

Sperne voluptates ludos spe-

siones vanas

ctacula mundi.

derelinque malum socium

Desere consortem prauum populiq₃

strepitum

tumultum

occultas orōnes factum misericordie

Secretasq₃ preces et opus pietatis

diligito.

amato.

¶ In ista parte auctor ostēdit q̄ sunt vt illa confitēti ac penitēti. et primo q̄ sunt fugiēda ab eo. secūdo q̄ sunt acceptāda ibi. Secretasq; p̄ces. ⁊ dicit: tu penitēs debes spernere voluptates ludos ⁊ publica spectacula mūdi ⁊ malum sociū ⁊ tumultū populi tūc ibi secretasq; preces dicit q tu penitēs debes amare secretas preces ⁊ opera pietatis.

Circa textū dubitatur

Primo quare voluptas sit spnenda.

Secūdo quare ludi sunt spernendi ⁊ vtrūq; impediant penitentiam

Tertio q̄ sunt seruāda circa ludos

Quarto quare spectacula mūdi sūt spernenda.

Quinto quare penitēs debet fugere malum socium.

Sexto quid nocet penitēti tumultus populi.

¶ Ad primum dubium dicitur q voluptas multis modis est sperneda a quolibet homine et precipue penitenti. Primo quia nocet naturalibus quia dicit Boecius secundo de consolatione phie. paucis enim ac minimis natura contenta est. Et ideo com muniter dicitur q gula plures homines interficit q̄ gladius propter hoc quia sequi videmus ex gula et voluptatibus graues et mirabiles infirmitates Secundo nocet voluptas q̄tum ad deum quia cū sit peccatum mortale est cōtra preceptum. Tertio

nocet quātū ad animam quia grauia peccata idem sequi solēt: vt accidia luxuria et huiusmodi. Quarto nocet proximo quia pauperem priuat nutrimentis possent enim illa superflua dari pauperibus ad eorum nutrimentum.

¶ Ad secundum respondetur quod duplex est ludus. scȝ diuinus vt ludus organorum et cantus ecclesie quibus diuinū officium peragitur. Alius est ludus non diuinus sed magis secularis: et ille est duplex quia quidam est lucrans pecuniarum vel rerum vt ludus taxillorum. alearum. et globorum. et iste ludus lucrans est duplex: quia quidam ꝯmittitur fortune vt ludus taxillorum et quidam est qui regitur per intellectum humanum vt est ludus scakorum. Alius est ludus nō lucrans et iste est etiam duplex quia quidam fit propter deductionem temporis vt in instrumētis musicalibus: quidam fit propter vanam gloriam. vt ludus theatralis: ludus lancearū. et isti ludi theatrales sunt prohibiti. Similiter ludi lucratiui pecuniarum vel rerum: ac etiam illi ludi qui cōmittuntur fortune. Admittūtur tamen secundum leges aliqui ludi lucratiui si fiāt pro comestibilib⁹ dūmodo fiāt ad modicam summam ⁊ non ducātur in consuetudinem. Unde ludi theatrales sunt prohibiti: vt sunt lucrationes publice: torneamenta: hastiludia vel huiusmodi. Primo quia fiūt male et indebite: scȝ cum peccatis. Secundo quia

fiunt malo fine. scȝ propter vanam gloriam et lau-
dem mundi. Tertio quia multa mala inde sequun-
tur scȝ homicidia/ire/inuidie/supbie et huiusmodi
Ex quo sequitur ꝙ ludi sunt spernendi a penitēte.
Etiam ꝙ ludi impediunt penitentiam quia aduer-
tant homines a contritione cordis que est maxime
necessaria penitenti: ergo ludi moderati qui nō va
riarent mentem penitentis sed fierent solum ad re
focillationem spūum vitaliū possunt fieri.

¶ Ad tertium respondetur ꝙ tria sunt seruāda in
ludo. Primum est ꝙ non fiat cum verbis turpibus
vel nociuis: quia si fieret circa verba vel facta mor
talia tunc esset peccatum mortale. Scōm est ꝙ in
hmōi ludis non fiat intima delectatio que ludētem
adeo aduertere potest seu a proposito penitendi.
Tertium ꝙ ludus congruat persone: loco: ⁊ tēpori
qꝛ si alias esset veniale peccatū propter circūstan-
tias aggrauantes fieret mortale.

¶ Ad quartum respondeꝛ ꝙ ideo spectacula mun
di sunt spernenda quia in se mala sunt vt dictum est
in secundo dubio. etiam inducunt circunstantes ad
lapsum. scȝ ad lasciuiam vel crudelitatē: cui circun
stantes videntur consentire.

¶ Ad quintum respondetur ꝙ quilibet et speciali
ter penitens debet dimittere malum socium ⁊ hoc
ideo quia malus socius per malas suggestiones in
ducit aliū ad peccandū frequenter quod nō faceret

si careret illo malo socio. Et per oppositū quilibet debet habere bonū socium cui sua secreta reuelet: qui retrahat eū a viciis vt vult boecius in libro de disciplina scholariū. Etiā docet hoc psalmista. Cū sancto sanctus eris cū peruerso peruerteris.
¶ Ad sextū respondetur ꝙ tumultus et strepitus populi nocēt penitenti. qꝛ remouent ipsum a penitētia quia vt vult phūs in de sensu et sensato: motus maiores expellunt minores: ergo motus vel strepitus populi exteriores excludunt motus interiores scꝫ penitentie et deuotionis.

.i. cuncta delicta defleat purus dolor de pctīs
Omnia peccata plangat contritio vera.
.i. inquirens longitudines pctōꝝ quibus in quibꝰ
Scrutans etates sensus loca
in qbꝰ tēporibus cū qbꝰ mēbris
tempora membra
deflens .i. pctā prius facta nō bñs ꝓpositū
Deplorans acta nolens
facere .i. que deberēt fieri.
commitere flenda.
deflas pctā oblita peccatis factis
Plangas amissa cum commissis
bonis neglectis.
et omissis

.i.plangas .i. proximũ tuũ defraudasti
Offensaq; dei q fratrem damnificasti.

¶ In ista parte specialiter determinat de cõtritõe et diuiditur nam primo ostẽdit in generali quid debemus deplangere in contritione. Secundo quas circũstantias debemus aduertere circa peccatum in contritione ibi. Scrutans etates. Tertio ostendit in speciali de quibus sit habenda contritio ibi. Deplorans acta. Sed legantur partes simul. Et dicit primo sic q habens veram contritionẽ de peccatis siue vera contritio debet deplangere omnia peccata simul et inquirere etates hoc est q̃diu homo stetit in peccatis ⁊ sensus cum quibus peccauit et loca in quibus peccauit. et tẽpora.i. in q̃bus tẽporibus. et membra quibus peccata sunt peracta. etiam debet in contritione deplangere omnia peccata perpetrata. et debet velle amplius non committere ea: et debet deplangere ea peccata que sũt lapsa de memoria: et peccata cõmissionis: et omissionis et q sepe deum offendit per peccata et q dãna proximo intulit.

Circa textũ dubitatur.
Primo quid possit facere cõtritionẽ.
Scdo quare magis delet pctm̃ p cõtritionẽ q̃ per aliũ actũ anime.
Tercio vtrum pro quolibet peccato debeat esse contritio.

Quarto quare contritio debeat de plangere omnia simul.
Quinto quare illa q̄ ponūt̄ in littera hic.s.etates sēsus ꝛc.sūt pscrutanda
Sexto que peccata dñr amissa. que omissa:et que commissa.

¶ Ad primū respondetur ꝙ in cōtritione sunt tria tenenda secundū sctm̄ Thomam sc3 actus doloris formā gr̄e elicientis in actū: et effectus meriti suffici entis ꝑpter defectū primi cōtritio non est in bonis quia in eis non est actus doloris propter defectum secundi cōtritio non est in damnatis: quia in eis nō est forma gratie.propter defectum tercij contritio nō est in purgatorio. q2 anime in purgatorio nō sūt in statu merēdi. ex quo sequit̄ respōsio ad dubiū. s. ꝙ contritio sit solum in hominibus presentis vite.

¶ Ad secundum respondet̄ ꝙ hec est rō q2 in omni peccato est dilectio vel complacentia trahens hominem adeo. et quia contraria contrarijs curātur ergo actus delens pctm̄ debet facere penitentiam vel displicentiā peccatoꝝ trahentē ad deū. ꝛ sic est in contritione: ergo magis per cōtritionem q̄ꝫ per alium actum anime deletur peccatum.

¶ Ad tertiū rn̄det̄ ꝙ triplex est pctm̄ sc3 originale veniale ꝛ mortale. Pro pctō originali non oportet fieri cōtritionē:q2 p contritionē nō deletur sed per baptismū. Nec pro peccato veniali d3 fieri nisi vna

generalis contritio si non sit nimis ductũ in consue tudinẽ vel non habeat circunstantias aggrauãtes. Sed pro peccato mortali debet fieri pfecta penitẽ tia et specialis cõfessio quo ad oẽs ptes penitẽtie.

¶ Ad quartũ respondetur q̄ hoc est verũ q2 oĩpotens deus non dimittit vnũ peccatũ mortale absq3 alio. et de isto videbit̃ postea. Unde metrista dicit

Larga dei pietas veniam non dimidiabit
Aut nichil/aut totum te lachrymãte dabit.

¶ Ad quintum respõdetur q̄ ista sc3 etates sensus ₇c. sunt pscrutandę quia aggrauant peccata/ vt dicitur ibi. Aggrauat ordo locus.

¶ Ad sextũ r̃ndet̃ q̄ duplex distinguit̃ peccatũ .s. cõmissionis quo pctõr malũ ɔmisit ₇ omissiõis quo hõ dimisit bonũ ad qõ tenebat̃ ₇ vtrũq3 põt distingui. q2 quodã est amissũ .i. deletũ a memoria de quo debet fieri ɔtritio ₇ cõfessio in gñali aliud est in memoria de quo d3 fieri cõtritio et cõfessio in speciali.

q̄ cõfitẽs nõ mẽtiat̃ q̄ nõ diuidat̃ tua mundo corde
Uera sit, integra simul et cõfessio mũda
velox cũ spe assidua cum humilitate
Sit cita, firma, frequens, humilis,
voluntaria manifesta
spontanea nuda.
de ꝓprijs pctĩs. discrete. cũ ɔtritõe. tarda ĩ ꝓlatõe
Propria, discreta, lachrymosa, morosa

sine fraude.

fidelis.

¶ In ista pte auctor specialiter determinat de confessione et diuiditur in sex partes. In prima ostendit qualis debet esse confessio. In secunda quibus modis debet fieri cõfessio. In tertia cui debet fieri. In quarta determinat de quibus peccatis debet fieri confessio. In quinta que sunt circũstantie aggrauantes peccata. In sexta ostendit quomodo imponenda sit penitentia confitenti. partes patebunt. Dicit primo sic q confessio debet esse vera et integra. pura. munda. velox. subitanea propĩ periculũ mortis. firma. frequẽs. humilis. spontanea. i. volũtaria. nuda. i. manifesta propria. i. de ppriis pctis cum discretione: lachrymosa. i. dolorosa morosa. i. tarda in prolatione. et fidelis id est verax.

Circa textũ dubitatur.

Primo quando debet fieri confessio.
Secundo quid prodest confessio generalis.
Tertio in quibus casibus iterãda sit confessio.
Quarto vtrum confessio potest dimidiari.
Quinto vtrũ ne vnus cõfessor potest audire confessionẽ et alter absoluere
Sexto que sit ratio illorum que ponuntur in textu.

¶ Ad primū dubiū respondetur ꝙ secūndum iura et ex statuto matris ecclesie quilibet qui ꝑuenit ad annos discretionis dꝫ ad minus semel in anno scꝫ ī pascha confiteri oīa pctā sua suo ꝓprio sacerdoti ⁊ coīcare nisi forte ad tp̄s abstineat de ꝯsilio sui sacerdotis. Sunt tñ sex casus in q̇bus scd̄m doctores tenetur stati quis cōfiteri pctm̄ mortale. Prim⁹ ē qñ aliq̇s timet postea nō hr̄e oportunitatē ꝯfitēdi. Secūd⁹ est qñ q̇s est ꝯstitut⁹ ī articulo mortis. Terci⁹ est qñ q̇s se expōit actui ꝑiculoso ad mortē vt ī bello vel ī nauigatōib⁹. Quart⁹ est qñ q̇s dꝫ coīcari Quītus est qñ q̇s dꝫ mīstrare sacramētū aliqđ. Sextus est qñ q̇s debet facere actū solēnē in ecclesia legere euāgeliū vel epistolā solēniter. q꞉ īmūdus nō debꝫ esse preco id est nūcius verbi dei. ¶ Ad scđꝫ rñdeť ꝙ ꝯfessio generalis valet ad tria. Prio ad remissionē pctōꝶ venialiū. Unde lꝫ scd̄m magistrū sententiaꝶ libro quarto. pctā venialia cōfiteri q̇s debeat et specialiter illa q̄ sunt frequēter iterata tñ nō est necessariū in spāli de oīb⁹ cōfiteri cū sint īfinita: sꝫ ꝓ eis debet fieri cōfessio gn̄alis. Secūdo vꝫ ꝯfessio gn̄alis ad remissionē pctōꝶ a mēoria lapsoꝶ: q̄uis etiā sint mortalia si non habenť in memoria. Si tñ postea redirēt ad memoriā deberēt dici ī spāli Tercio valet ad īstructionē rudiū vt sciāt discernere inter diuersa peccata q꞉ alias rudes peccata nō reputarent pctā. Ad terciū rñdeť ꝙ cōfessio facta prius

in sex casibus est iteranda. Primus est qñ confessor cui peccator cõfessus est ẽ fatuus vel iperitus. Secũdus casus est si penitẽs ɔtẽpserit satisfactionẽ si bi iniunctã vel si oblitus est eã si tñ eam sciret et ad huc implere vellet non oporteret de nouo confiteri Tertius si cõfessor nõ haberet absoluẽdi auctorita tem et mittat eum ad superiorẽ tunc si superior exi gat oportet eũ de nouo cõfiteri. Quart⁹ est qñ quis ficte venit ad cõfessionẽ sine ꝓposito abstinẽdi sed cũ proposito pctm̃ iterũ cõmittẽdi. Quint⁹ est quã do aliqs dimidiat cõfessionẽ omittens sciẽter aliqd pctm̃ mortale. Sext⁹ ẽ qñ qs dubitat de cõfessione an fecit confessionem alicuius peccati mortalis.

¶ Ad qrtũ rñdet ꝙ nõ vñ hẽm⁹ sile ĩ medicina cor porali nã sicut ad sanitatẽ corpis medic⁹ nõ solũ co gnoscit vnũ morbũ sed oẽs ⁊ totã dispositionẽ ⁊ cõ plexionẽ ĩfirmi qr alias posset pro vna parte corpo ris dare talem medicinã ꝙ pro alia parte tantũ cor rũperet sicut ꝓ vna sanaretur. et hoc venit ꝓpter diuersitatẽ morbi. Sic pariformit ẽ de medico spũ ali sc3 de ɔfessore q̇ debet oĩa peccata simul scire qr alias posset dare remediũ contra vnũ pctm̃ qd non valeret ad aliud sed magis fortificaret. Et sicut ex vno morbo ita bene moritur homo sicut ex multis. Sic etiã ita bene ɔdẽnat aĩa pro vno peccato mor tali sicut pro mortis. ¶ Ad quintũ respõdet scdm̃ Guillermũ ꝙ vnus cõfessor nõ d3 audire confessio-

nem et alter absoluere q2 sacramētū nō est diuidendū vñ nō potest bene dare remediū de vulnere vel de morbo sibi ignoto licet alteri sit notū. ¶ Ad sextū rñdet q2 cōfessio debet esse vera ita q2 homo non mentiat et sibi non asscribat pctm̄ q2 non fecit: nec etiā minus dicat q̄ fecit. Scdo debet esse integra vt patuit in dubio precedenti. Tertio dz esse mūda q2 fiat puro et mundo corde: quia contraria cōtrarijs curantur Quarto debet esse velox. i. statim quia quanto diutius vulnus manet sine remedio: tanto magis fit putridū. Quinto dz esse firma. i. cū firma spe de remissione pctō2. vel firma. i. fortis sic q2 homo nō redeat statim ad peccatū. Sexto dz esse frequēs: quia quotiēs q̄s cadit: totiēs debz resurgere a pctis. Octauo dz esse spontanea: q2 peccatū fuit volūtariū. Nono dz esse nuda: q2 quanto magis nude vuln9 ostēdit medico: tāto melius remediū pōt apponere. Decimo dz esse de pprijs peccatis. i. nō de pctis alio2. Undecimo dz esse discreta sic q2 hō discrete dicat circūstātias peccato2. Duodecīo dz esse lachrymosa. i. cū ɔtritōe. vt prius patuit. Decimotertio debet esse morosa. i. tarda. sic q2 confessor nō defraudetur per celeritatem verbo2. Decimoquarto debet esse fidelis. i. cum fide christiana vt dicetur ibi. In primis q̄rat. Et istud idē pz ī his v̄sib9
Sit simplex humilis confessio pura fidelis
Uera frequens. nuda. discreta. libens verecunda.

Integra. secreta lachrymabilis. accelerata
Fortis et accusans: et sit parare parata.
.i. pñiam agas pfecte veraciter peccatorem
Peniteas plene si vere peniteat te
.i. nõ ɔfit⁹. i. nũciũ ꝑ ñ. i. p lras. ·. ɔfitẽ ꝓpria psona
Non p legatũ nec per breue sed refer ipse
sacerdoti .i. melius
condolenti magis intelligẽti enarrãti viuenti
Compatienti plus sapienti dic meliori.
diuersis sacerdotibus vtile est. s. tibi peccata tua.
Presbiteris multis ꝓdest si confitearis
presentia sacerdotis absit manifesta socio tuo
Copia presbiteri si desit pande sodali
tui ꝓ sicut. i. vulnera tue taliter pctã manifestes
Corpis vt maculas aie sic crimina pendas
¶ In ista pte oñdit q̇bus modis debeat fieri ɔfessio dicẽs ꝙ tu pctõr debes plenarie penitere de oĩbus pctis ⁊ nõ debes reuelare pctã p aliquẽ nunciũ vel per lrãs sed ꝓprio ore debes ɔfiteri tũc ibi ɔpatiẽti dicit ꝙ cõfessio dꝫ fieri sacerdoti cõpatiẽti ⁊ intelligenti ac bñ viuẽti. Et dicit vltra ꝙ expedit ꝓ salute aie multis p̄sbyteris cõfiteri ⁊ si deficiat sacerdos nec possit acquiri aliquis tũc confessio põt fieri socio. Etiam tu debes manifestare crimina cordis sicut vulnera corporis.

Primo vtrum cōfessio valeat per nūcium vel per litteram.
Scđo quare hō dꝫ cōfiteri sacerdoti.
Tertio q̄re dꝫ fieri sacerdoti ꝯpatiēti
Quarto an q̄s potest confiteri alteri sacerdoti q̄ꝫ suo proprio curato.
Quinto vtrū aliq̄s pōt cōfiteri layco
Sexto quomodo intelligēda sit littera corporis vt maculas.

Circa textū dubitatur.

¶ Ad primū dubiū rn̄det scđm thomā per hec v̄ba ꝙ confessio facta ꝑ nunciū vel ꝑ lrām lꝫ sit quodam bonū opus ⁊ meritoriū tn̄ in q̄ꝫtū est sacramētū non dꝫ sic fieri: q2 dētminatā hꝫ matiā.s.actū sermonis q̄ ꝯsciētia hoīs maīfestari ꝯsueuit ¶ Ad scđꝫ rn̄det ꝙ ideo ꝯfessio debet fieri sacerđ. q2 sacerdotes pn̄t pctōrē absoluē a pctis ex quo eis ꝯmisse sūt claues ecclīe. ¶ Ad terciū rn̄det ꝙ pctōr dꝫ ꝯfiteri sacerdoti ꝯpatiēti q2 ꝯpassio sacerdotis īducit pctōrē ad deuotionē ⁊ facit ne pctōr t̄reat ne sic ꝓpt̄ terrorē omittat scienter aliq̄đ pctm̄ mortale. Et debꝫ ꝯfiteri sapiēti.i.ītelligēti pctā ⁊ grauitates pctōꝝ q2 medic⁹ nesci⁹ nō pōt bene dare remediū egroto. Etiā debet ꝯfiteri sacerdoti bono ⁊ bene viuēti q2 mali ⁊ iniusti cōfessores sūt ceci ⁊ ductores cecoꝝ et sic ex vtraqꝫ pte ī foueam eterne dānatōis cadūt vt solet etiā dici ī his metris. Si cec⁹ cecū conat̄ ducē secū Ju foueā ductor prim⁹ cadit inde secutor.

¶ Ad q̄rtū rn̄det̄ scdm hostiensē q͡ decē sunt casus q̇b⁹ aliq̇s pt ↄfiteri alti q͡ suo ꝓprio p̄sbitero. Prim⁹ ē qn̄ ꝓpri⁹ curat⁹ ē īpit⁹ sic q͡ nō pt sane ↄsulere suo parrachiano petēda est tn̄ licēcia quā si nō obti nuerit n̄ obstat. Scd̄s casus ē qn̄ q̇s trāstulit domū vel hitationē ad aliā parrochiā vl̄ si hȝ domū ī alia parrochia. Terci⁹ qn̄ q̇s ē vagabūd⁹ vel ꝑegrinus rōne negociatōis vel deuotōis dicit tn̄ guillerm⁹ q͡ talis dȝ hr̄e licēciam a suis supiorib⁹ ad sic eūdum Quart⁹ ē rōe delicti vt si delictū fuerit ꝑpetratū ī alia parrochia Quīt⁹ ē rōe studij vt cū scolaris trā stulit se ad aliū locū: nō tn̄ dȝ ibi recipe ordines nisi de licentia sui episcopi. Sextus est ratione necessi tatis: vt ī articulo mortis. Septim⁹ ē qn̄ q̇s hȝ spē q͡ su⁹ curat⁹ hoc ꝓ grato hēbi t n̄ tn̄ ē absolut⁹ nisi curatus su⁹ dederit ei ↄscēsū vel licentiā. Octau⁹ si curat⁹ sit hereticus vel scismatic⁹ vel maiori excoī catiōe excoīcatus. Nonus qn̄ quis est infra annos discretiōis. Decimus est ꝓpter speciale priuilegiū a papa archiepiscopo vel episcopo concessum.

¶ Ad quintū rn̄det̄ qd̄ q̇s pōt ↄfiteri layco tempo re necessitatis: dicūt tamen aliq̇ q͡ sufficiat soli deo confiteri tempore necessitatis cum proposito et vo luntate confitendi sacerdoti si posset habere.

¶ Ad sextū respondet̄ q͡ littera ista pōt dupliciter intelligi vno mō tu debes māifestare crimia cordis sicut vulnera corpis. i. sicut vulnera corpis oñdunt̄

medico ita pctā que principaliter sunt in corde ser= uata p̄sbitero hec sentētia magis ꝯcordat lr̄e. Alio mō sic tu debes manifestare peccata cordis ꝛ pctā corporis qꝛ iter pctā q̄dā sunt in corpore ꝛ q̄dam in aīa ꝛ ista sentētia ꝯcordat cū sentētia seq̄nti.
pctā carnalia   flā iuramēta.i.gula iiusta acq̄sitio.
Carnea sunt periuria crapula furta
luxuria
libido
in corde occultata.i.īuidia supbia iracūdia auaricia
Mente latet liuor odiū tumor ira cupido
¶ In ista pte ōndit de q̄bus pctīs fieri debet cōfes sio.et p̄mo ī gn̄ali ōndēdo q̄ sūt pctā corpis et q̄ aīe secūdo ōndit ꝓpositū de q̄b⁹ debet specialiter fieri cōfessio ibi p̄cipue pestes. Dicit p̄mo sic ꝙ periuriū gula.furtū.luxuria: sunt pctā carnis sed odiū liuor supbia ira ꝛ cupido: sunt pctā mētis qꝛ nō fiūt car= ne vel corpore ad extra sed remanēt in aīa.

Circa textū dubitatur
- Primo que dicuntur peccata carna= lia et que mentalia.
- Secundo quid sit periurium.
- Tertio an omne iuramētū sit malū
- Quarto vtrū iuramētū ad faciendū malum sit obseruandum
- Quinto vtrū aliq̄s per cautelā ꝛ aliū decipiens sit periurus.
- Sexto vtrum littera in se sit vera

¶ Ad primū dubiū rñdetur q̄ licet omne pctm̄ sit radicaliter et principaliter in aīa tñ quedā dñr carnalia ideo quia fiunt carnaliter ad extra vel p opationes extrinsecas. Alia vero dicūtur mētalia que non fiunt mediante corpore vel carne extrinsecus sed ad intra remanent in anima.
¶ Ad secundū rñdetur scōm magistrū sententiaꝝ q̄ periuriū sic describit. Periuriū est mendacium iuramēto firmatū. Unde scōm iheronymū i iureiurādo debēt esse tria. s. veritas/iudiciū/ et iusticia et si ista defecerint nō erit iusiurandū sed piuriū ⁊ differunt mendaciū et piuriū sicut superius et inferi⁹ quia mendaciū est superius ad piuriū. Unde mēdacium sic describit p augustinū. Mendaciū est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.
¶ Ad terciū rñdetur scōm magistrū sentenciarum q̄ iuramentū qñqꝫ est bonū ⁊ qñqꝫ est malū. Unde sponte et sine necessitate iurare vel falsum iurare ē grande peccatū sed ex necessitate. s. ad assentiēdū innocētibus vel ad federa pacis cōfirmāda non est malū. Uñ aug. Iuramētū est faciēdū cū pigri sunt hoīes ad credendū illud quod eis sit vtile.
¶ Ad quartum respondetur q̄ iuramentū trāsiēs in peiorē exitū potius est mutandum q̄ implēdum quia dicit ysidorus in malis promissis rescinde fidē in turpi voto muta decretū qd̄ incaute vouisti nō facias impia eñ est pmissio que scelere impletur.

¶ Ad quītū rn̄det̄ scd̄m magistrū sn̄iaꝝ dicētē qua cunqꝫ arte v̄boꝝ q̄s iurat de⁹ tñ q̄ ↄsciēcie v̄boꝝ est testis hoc ita accipit sicut ille ītelligit cui ille iurat: et subdit dupliciter aliq̄s re⁹ fit q̄ deceptorie iurat qꝛ nomē dei ī vanū assumit ꝛ ꝓximū ī dolo capit.
¶ Ad sextū respondet̄ ꝙ licet libido ꝓprie cōsistit in affectu tñ in ꝓposito capit̄ ꝓ actu extrinseco luxurie: licet liuoꝛ ꝛ odiū sint synonima: pōt tñ hic liuoꝛ accipi vt est inuidia transiēs. et p cupidinē intelligitur auaricia mentalis. Sed p furtū intelligitur auaricia extrinseca. s. mala acquisitio.

spālit̄ i. septē pꝛīci. moꝛbos. i. ↄfitearis p̄ncipales
Precipue pestes septē meōꝛes capitales
tantum riuulos cōfiteri a pctīs manantes
Nō solū fōtes sed riuos dic inde fluentes
pctō pꝛīcipali pctm̄ fluēs ex p̄nci. interdū. i. nocēs.
Fonte suo riuus magis est qn̄qꝫ nociuus
ꝓ qꝛ luxuria quā fecit loth cū filiab⁹ suis. s. sua quā habuit ex vino.
Unde loth incestus peioꝛ fuit ebꝛietate.
pꝛo et fuit peioꝛ ītfectio. fratris sui iracūdia
Atqꝫ cayn grauioꝛ cedes fraterna furoꝛe.
¶ In ista parte oñdit auctoꝛ de q̄b⁹ pctīs specialit̄ debeat fieri cōfessio: ꝛ diuidit̄ in tres ptes. In p̄ma facit qō dictū ē. In secūda enumerat pctā moꝛtalia ibi. Culpaꝝ fōtes. In tercia ostēdit quō debet fieri

cõfessio de pctis venialib⁹ ibi. Cũqȝ sigillatim. Dicit pmo sic q̄ ꝯfessio specialiꝫ debet fieri de pctis mortalib⁹ siue septē capitalibus ⁊ non solũ de illis sed de omnibus inde prouenientibus: quia riuulus quandoqȝ est magis nociuus suo fonte: et hoc declarat exemplariter. vnde īcestus loth peior fuit q̄ sua ebrietas. Et interfectio ipsius abel quam commisit cayn peior fuit furore ipsius cayn.

Circa textũ dubitatur.

Primo quare peccata mortalia dicũtur pestes capitales.

Secundo vtrum peccatum nascatur vel descendat ab aliquo.

Tercio quõ pctꝫ vno descēdit ab alio

Quarto an interficiēs aliquē in ebrietate excusetur per ebrietatem.

Quinto vbi habetur primũ exēplum quo probat.

Sexto vbi habetur secundum

¶ Ad primũ dubium rñdetur q̄ septē pctã mortalia ideo dicuntur pestes quia interficiunt aĩam sed dicunꝫ pestes capitales qꝛ ex ipsis oĩa mala oriunꝫ nullũ em̄ pctm̄ ē qȯ ab aliq̄ istoꝝ originē nõ trahat Nam ꝭm gregorium radix cuiuslꝫ pctī est supbia

¶ Ad secundũ respondetur q̄ ex superbia nascũꝫ oĩa alia pctã vt statim patuit qꝛ radix est oĩꝫ pctõꝝ etiã supbus vult oēs p̄cellere ⁊ dolet si q̄s ei equeꝫ

¶ Ad tertiũ respondetur quia supbus vult omnes

precellere vt patuit sic ea nascitur īuidia. Inuidus vero de facili irascitur illi cui inuidet ideo ex īuidia nascitur ira sed ira cū nō potest vindicare tristatur: ideo ex ea nascitur accidia. Accidia vero complacationē q̄rens facit auarū. Auaricia q2 in tēporalibus abūdat potest exercere gulā. Gula vero ꝓpter ventris implectionē de facili mouet ad luxuriam.
¶ Ad quartum respondetur ꝙ interficiens aliū in ebrietate non excusatur īmo tantomagis vitupari debet. Et si dicatur non fecit hoc scienter vel volūtarie sed ignoranter. ergo merito ignorantia excusabit pctm̄. Dicendū ꝙ omne peccatum cōsequēs aliquod pctm̄ voluntariū debet dici voluntarium: sed talis ebrietas fuit voluntaria ergo et īterfectio Unde talis dupliciter debet puniri. scilȝ pro ebrietate et pro interfectione id est homcidio.
¶ Ad quintū rn̄det ꝙ primū exēplū littere habet Genesis. xix. vbi dicit ꝙ loth post subuersionē sodome ⁊ gomorre habitauit ī spelūca mōtis cū duabus filiabus suis ⁊ dicit maior filia ad minorē: pat noster senex est ⁊ nullus viroꝝ remāsit in terra. veni inebriemus eū vino ⁊ dormiamus cū eo vt sic seruari possim⁹ cū patre nostro. ⁊ fecerūt sic. Ingressaqꝫ est maior filia. ⁊ dormiuit cū patre similiter et minor altera nocte: ⁊ cōceperūt ambe et genuerūt maior eñ genuit moab: et minor amon.
¶ Ad sextum respōdetur ꝙ habet geñ. iiij. vbi sic

dicitur factũ est aũt p multos dies vt offerret cayn de fructibus terre munera dño Abel autẽ obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus et respexit dñs ad abel et ad munera eius. Ad cayn vero ⁊ ad munera eius nõ respexit: iratusq̧ est cayn vehemẽter ⁊ ꝯcidit vultus eius ⁊ sequit̃ q̄busdã diebus interpositis dixit cayn ad abel fratrẽ suũ egrediamur foras: cũq̧ simul in agrũ venirẽt consurrexit cayn aduersus abel fratrẽ suũ ⁊ interfecit eũ.

criminũ pctã pꝛĩcipalia supbia.inuidia
Culparum fontes sunt fastus liuoꝛ et ira
desidia luxuria q̃tũ ad mẽtẽ cupido crapula.
Accidieq̧ venus et auaricia gula
luxu q̃tũ ad opus.
luxus

¶ In ista pte auctoꝛ ostendit que sunt peccata moꝛtalia dicens qꝫ fontes peccatoꝛum sunt superbia id est fastus.liuoꝛ id est inuidia. ira. accidia. auaricia. gula.et luxuria.

Circa textũ dubitatur.
- Pꝛimo q̄d sit supbia ⁊ q̃ sũt spẽs eiꝰ.
- Secũdo cõfoꝛmiter dubitat̃ de inuidia et cũ hoc de ira eodẽ modo.
- Tercio de accidia.
- Quarto de gula
- Quinto de auaricia.
- Sexto de luxuria.

¶ Ad primū dubiū rñdetur q̃ scd̃m aug. supbia sic describit. Supbia ē puerse celsitudinis appetitus Uel scd̃m thomā. Supbia ē cū q̇s se extollit supra id qd̄ ē sibi p̄fixū a deo siue a regula dīna. ⁊ species supbie patent breuiter in hoc metro.

iactantia vana gl̃ia īpaciētia. paupeꝝ derisio
Jac van impa deri
simulatio arrogātia hypocrisis cōtēptꝰ displicētia
simul ar hypo con displi.

¶ Inuidia est odiū aliene felicitatis. Uel sic scd̃m iohānem damascenū. Inuidia est tristitia de bonis proximi. et species inuidie etiam patent.

detractio gaudiū de ma īuoca aggre dīna machina
rerū lo alterius tio gatio tio tio
Trac gau in ag di mach
opp̄ssio captio ī v̄bis surreptio bonoꝝ suspitō mali
op cap surrep quoq̃ suspi

¶ Ira sic describitur secundū aug. Ira est vlciscēdi volūtas. Uel secundū thomam. Ira est appetitus vindicte. et species eius patent.

contē rixa verba male inobedi reddere malum
tio tio mala dictio entia pro bono.
Con rix ver ma inob red
blasphe irrita p̄uari v̄be homici vin odi
mia tio catio ratio dium dicta um
Blas ir pre ver ho vin od

¶ Ad terciū rñdet q̄ accidia sic describit̄ ſm iohā=
nē damascenū. Accidia est tristitia aggrauās aīmū
hoīs vt ei nichil agere libeat. Uel sic. Accidia ē de
virtutū laudabili exercitio vtriusq; hoīs languida
deiectio et spēs eius patent in his metris.

igno dereli desi negligen sōnus tpe oci
rantia ctio dei dia tia bñfa. seruitij dei um
Ig dere de neg som oci.
despe stulta lo tristicia in cura rerum hora
ratio cutio aduersis temporaliū tio
Des stul trisquoq; cur hor

¶ Ad quartū rñdet q̄ auaricia scdm tulliū est imo
deratus amor hñdi diuitias Uel sic scdm ber. Aua
ricia est q̄rūlibet rerū isaciabilis & ihonesta cupido
Et species eius patent in his versibus.

furtū rapīa simonia mēda īfide fraudu
cium litas lentia
Usura fur ra simo men in frau
obduratō dolositas debitoꝝ ñ solutō cupiō pluriū
ob do de cu per

¶ Ad quintū rñdet q̄ gula sic describit̄. Gula est
imoderata cibi vel potus auiditas.i.cupiditas.vel
sic. Gula est vorax edacitas viribus non contenta.
vel sic scdm alios. Gula est qñ aliquis in comedēdo
vel in bibendo ab ordine rationis recedit. Et spe=
cies eius patent in his versibus.

scurrilitas ebrietas vomit⁹ lud⁹ taloꝝ destructō sa
Scur e vo lu sa//
cri tp̄is esus rerū tp̄is fractio ieiunioꝝ voti fractio
cri esus fractio ieiu
vel non obseruatio
quoqȝ voti.
¶ Ad sextum respondetur ꝙ luxuria sic describit
Luxuria est libidinose voluptatis appetitus. Vel
sic est ex immundis desiderijs veniens lubrica mē=
tis et carnis prosecutio et species eius patēt in his
versibus.
.i. icest⁹ meretricū defloratio v̄ginū raptus violēt⁹
In me flo rap
adulteriū ꝓuocatio luxu. nocťna polutō ꝯcupiscīa
ad pro noc concu
consensus violatio tēporis sacri fractio
con vio tempo.
pro quādo diuisim. s. qōlibet pctm̄ peccata
Cunqȝ sigillatim mortalia.
confessus fueris sacerdoti.
dixeris vni.
omnia peccata pariter .i. que aggrauant
Cuncta simul quecunqȝ grauant
sequentia peccata
comitentia culpas

confitere in volũtate facere illō pctm̄ desiderasti.
Dic citra factum cōmittere quod voluisti
enarra pctā ꝯfitere illa pctā a mēoria recesserit.
Dic venialia dic que sunt a mēte relapsa.
enarra pctā .i. vniuersaliter pctā impande
Dic tua delicta generaliter illa reuela
pro q: culpabilis criminibus sua cōfitetur
Nam reus in multis quādo pctā fatetur.
oia pctā simul pādat nullū pctm̄ cōfess. eē apparet
Vel queuis dicat vel nil dixisse videtur
.i. vltimū integre aliq̄s confiteat.
Postremum crimē si pure quis taceatur
peccata silere omne pctm̄ cōmittit sequit.
Inde tacere pōt q̄dq̄d redit aut comitat.
¶ In ista parte auctor ostendit quō debet fieri confessio de peccatis venialibus et de alijs pctīs cōcomitātibus alia peccata mortalia dicens qn̄ tu pctōr cōfessus es pctā mortalia tunc etiā debes confiteri pctā cōcomitātia ⁊ nō solum peccata ꝑpetrata per opus extrinsecū sed etiā ꝑ voluntatē peccandi quā nō seq̄batur opatio. dic etiā peccata venialia ⁊ illa que relapsa sunt a mente .i. a memoria: dic etiā tua peccata vniuersaliter nullum ꝑtermittēdo: nā peccator faciens confessionem vel dicat omnia peccata simul: vel nō videt aliquod dixisse. Sed si confiteatur peccata sua vsq; ad extremū et si postea ite-

rum faciat aliquod peccatum: vel si aliquod rede=
at sibi ad memoriam: tunc potest facere de primis
confessis.

Circa textũ dubitatur.
Primo quid sit pctm̃ veniale
Scdo per q̃ remittunt pctã venialia
Tercio quid nocent pctã venialia
Quarto quomodo peccatũ veniale fit mortale.
Quinto vtrũ voluntas peccandi sine operatione sit peccatum.
Sexto vtrũ potẽtia peccãdi sit a deo

¶ Ad primũ dubiũ r̃ndetur: q̄ pctm̃ veniale scdm aug. sic describit. est q̄ hoiem vsq3 ad reatũ perpe tue mortis non grauat: s3 tñ semp penam meretur et est semp a voluntate hoc mouente vel pmittente vel non cohibente. Unde pctm̃ veniale nocet mul= tipliciter. Primo quia ad penam obligat: vt dicet in tertio dubio.

¶ Ad scdm respondet q̄ septem modis remititur pctm̃ veniale. Primo modo p dignã eucharistie sũ ptionẽ. Secũdo per aque benedicte aspersionem. Tercio p elemosinarũ largitionẽ. Quarto per dñi cam orationem. Quinto per gñalem confessionem Sexto per episcopalem benedictionem Septimo per veram contritionem. vñ versus.

Ungor confiteor aspergor conteror oro
Do benedico que sunt venialia tollo.

¶ Ad terciũ rñdet ꝙ pctm̃ veniale multis modis nocet. Pͥmo obligat ad penã: sed ñ ad penã eternã: nisi adiũgat mortali pctõ. Scõo nocet: qꝛ aĩaꝫ maculat. Tercio nocet qꝛ minuit feruorẽ caritatis: sicut aq̃ modica ꝓiecta ĩ ignẽ nõ extiguit ignẽ calorẽ tñ eius ĩminuta. Quarto qꝛ pctm̃ veniale ĩpedit vt potestas aĩe in bonis lasset ꝛ ĩpediat: sicut grauius vadit equus oneratus põdere ꝙ sñ põdere. Quĩto nocet: qꝛ tardat hoĩem a gloria celesti: quia homo statĩ deberet euolare post mortẽ ad gloriã: sed cogitur propter venialia expectare ꝑ tp̃s in purgatorio Sexto qꝛ diminuit bona glorie celestis. Septĩo qꝛ venialia pctã sepe faciunt occasionem mortalium.
¶ Ad q̃rtũ rñdet ꝙ ꝓprie loquẽdo: veniale nunꝙ fit mortale: tamen actus q̇ de se est venialis potest fieri mortalis quattuor modis. Pͥmo ex ꝯsciẽtia qꝛ quicq̇d fit cõtra cõscienciã fit mortale: ꝛ edificat ad gehennam. Scõo ex placẽtia. Uñ aug. nullum pctm̃ intãtũ est veniale qȯ ñ fiat mortale dũ placet Tertio ex dispõne. qꝛ homo frequenter lapsus in veniali disponit ad mortale. Quarto ex progressu qꝛ veniale si nõ ꝓhibet quãdo ꝓgredit fit mortale.
¶ Ad quintũ rñdet ꝙ pctm̃ principaliter consistere dꝛ in voluntate vt patuit ex vna diffinitione peccati circa pͥmũ dubiũ illius textus. vt dimittaris.
¶ Ad sextũ respondet scõm magistrum sententiarum: ꝙ potestas peccandi vel malefaciẽdi sit a deo

Unde apostolus: non est potestas nisi a deo. Item Jesus dixit ad pilatum: nō haberes potestatem in me vllam nisi tibi data esset de sup. Itē dyabolus anteꝙ percuteret iob dicebat dño: mitte manū tuā id est da michi in eo potestatem.

peccata religio diuersitas ꝯgnitio inter diuersitas
locoꝝ bonū ꝛ malū tēporis
Aggrauat ordo locus pctā sciencia tēpus
senect⁹ an sit liber vł fu⁹ repetitio pctōꝝ ꝓlōgatio
Etas conditio numerus mora
multitudo rō qua hō pec.
copia causa
maneries in peccato dignitatis ecclīastica modica
Est modus in culpa status altus lucta
resistentia.
pusilla.

¶ In ista parte ponit auctor circunstantias aggrauātes peccata dicens ꝙ ordo/locus/scientia/tēpus etas/conditio/numerus/mora/copia/causa/ mod⁹ peccatoꝝ stat⁹ altus.i. dignitas pusilla lucta.i. modica resistentia aggrauant peccata

Circa textū dubitatur.
Primo que sunt circunstantie aggrauantes.
Secundo qualiter iste circunstantie aggrauant peccata.
Tertio an etiam sunt circunstantie

alleuiantes peccata
Quarto vtrum sit necessariũ confite ri circunstantias aggrauantes.
Quinto quot modis vnũ peccatum est grauius altero.
Sexto de intellectu et declaratione littere.

¶ Ad primum dubium respondetur ꝙ iste sunt circunstantie aggrauantes scʒ ordo/locus ꝛc. que patebunt in solutione sexti dubij.
¶ Ad secundum respondetur ꝙ circunstantiarum aggrauãtium quedam aggrauant in eadem specie et quedam trahunt in alienam speciem. exemplum vt coire cum cognata vel coniugata est circunstantia trahans in alienam speciẽ peccati. Item circunstantiarum aggrauantium in eadem specie/ quedã aggrauantes notabiliter: sicut furari centum marcas auri notabiliter grauius est ꝙ̃ furari denarium et per consequens ꝙ̃titas illa rei subtracte notabiliter aggrauat sed tamen est in eadem specie furti. Alie aggrauant in eadem specie: sed non notabiliter: sicut scientia: diuide vel huiusmodi. Item circunstantiarum quedam sunt peccata in se vt est numerus peccatorum. et quedam non sunt peccata in se tamen aggrauant peccata vt scientia/ tempus/ locus ꝛc.

¶ Ad tertiū respondet φ sicut ponūtur circūstantie aggrauantes sic etiam circunstantie alleuiātes. vñ cuilibet circūstātie aggrauāti corrñdet vna alleuians que se habet priuatiue ad circūstantiā aggrauātē. Vñ sciēcia aggrauat si assistat: si non alleuiat et sic similiter dicendū est de alijs circūstantijs.

¶ Ad quartum respondetur φ necesse est cōfiteri oēs circunstantias trahentes pctā in aliā spem. vñ ꝑ adulterio non sufficit dicere. peccaui cum quedā muliere nisi confiteatur notabiliter scrutētias aggrauātes. Nec ꝑ subtractione denariorum nō sufficit dicere subtraxi aliquid sed cōfiteri oportet circunstantias aggrauantes notabiliter.

